



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Tent. VI. Circa Calculi dolores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

§. VI.

Tentatio VI. circa Calculi dolores.

XXXI. **P**rotasius civis honestus, & pius adeò graviter per calculum & arenam in vesica latenter cruciatum se fatetur, ut præ dolore nil pium cogitare, nil orare, nil homine dignum agere queat, sed solum gemere, eiulate, miserumque suum statum deplorare cogatur. Rogat proin Pastorem suum, ut consilium, remediumque suggestere dignetur, quod in tantis doloribus solari, & contra impatientiam defendere possit. Quæriter, quale remedium illi sit suggestendum?

Responso.

XXXII. Primò illi demonstret, quām benignè & amanter Deus cum illo agat, dum, sicut Nautes, ut navim contra ventos defendant, & feliciùs ad portum ducant, arenā & lapillis oneratae solent, ita & DEUS lapillis & arenā vesicam illius implevit, ut tantò securior à ventis tentationum viveret, & certius ad portum æternæ felicitatis perveniret; neque enim, ut Blosius c. 8. inst. spir. ait, certius electio- nis divinæ signum habetur, quām si quis tribulatiōnem patienter, humiliterque propter DEUM sustineat; illa enim est pretiosus annulus, quo DEUS sibi animam despontat, uti DEUS olim S. Gertrudi ostendit; cuius annuli gemmam pretiosam proinde calculum suum esse, sibi persuadeat Protasius.

XXXIII. Secundò illi ostendat, quod, sicut arena olim apud Veteres erat theatrum, in quod ascendebant ii, qui certando fortitudinis laudem & premium obtinere cupiebant, quibus proin in si- gnum

gnum obtentæ victoriae calculus candidus offeratur; ita Deum ex speciali benevolentia arenam illi præparasse, in qua præclarain contra impatientiam, marationem, aliisque ejusmodi vitia in morbis praesimis puerè committi solita præliandi occasionem habet. Studeat proin fortiter certare, ut mereatur candidus quoque illum calculus, de quo DEUS apoc. 2. dixit: *Vis confenti dabo manna absconditum, & dabo illi calcum candidum, & in calculo nomen scriptum, quod nomen illud S. scit, nisi qui accipit.* Quæ verba explicans D. Ambrosius, potest, inquit, per calculus, nomenque in eo scriptum, beatitudo cœlestis Patriæ designari; ut per calulum significetur cœlestis Patria, per nomen autem scriptum beatitudo cœlestis Patriæ figuretur, hoc quod nomen nemo scit, nisi qui accipit; quia, quanti sunt beatitudo cœlestis, nemo scire valet, nisi qui ad cœlestis Patriam pervenire meruit juxta illud Isaia 64, c. oratione non vidit, *DEVS absque te, que preparasti, expellit te.*

XXXIV. Tertiò illi ostendat, quod, sicut ergo ut securiores per aëra volent, & contra insidias aviarum rapacium, ventosque vehementius flantes se defendant, arenam devorant, per quam graviores redunt: lapillum autem in os recipiunt, ne clamore fuisse prodant; ita & DEUS arenam & lapillum in vescicam immiserit, ut ipsum contra ventum elationis, & insidias Diaboli tantò fortius protegat; certè experientia diuturnâ competum est, ejusmodi calculolas Petras à multis temptationibus, quibus sani subiecti fuerant, per immissum calculum aut arenam fuisse libertatos.

XXXV. Quartò illi in memoriam revocet, quod

S. D.

S. David Ps. 93. dixerit : Secundum multitudinem domum illius, consolationes tua latificaverunt animam meam. Cū ergo, Plinio teste, omnium morborum gravissimi & asperissimi cruciatus & dolores sint iij, qui per m habent calculum excitantur, meritò sperare poterit, maiores r candidi quoque tum in hac, tum in altera vita consolationes ei dixit: Vt conferendas esse, si patienter dolores hos sustineat, & illi calculum Christi doloribus uniat; sic enim implebitur il-

quod n. Iud S. Pauli 2. Cor. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Itaque soletur se illa Siracidis c. 1. sententiā: Usque et per calorem in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucundatatis.

XXXVI. Quintò eidem suggerat, quod sicut olim accusatis liberatio per album calculum conferebatur, ita & ipse per hunc suum calculum non tantum à culpa & poena æterna peccato debita, sed etiam temporali Purgatorij magna ex parte absolvatur; idcirco enim, teste S. Gaudentio Brixiae Episcopo, pudicè transversantem, nunc tribulationum & agititudinum flagello castigat, ne in illo sordium aliquid futurus ignis inventat, sed ut per exigas plagas brevissimi temporis, ab omnibus purgatus maculis securior ad æternam vitam & requiem migrare mereatur. Si ergo S. Stephano lapides torrentis dulces fuerunt, quia vidit cœlum aperatum, & JESUM stantem à dextris virtutis DEI, quasi Judicem ab omni reatu absolventem, & quasi Præmitaorem beatitudinis promissæ coronam offerente, quidam & ipse Protasius calculos suos simili consideratione & promissione dulces, gratosque efficere queat?